

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Clericus k  
cum fonte primo

Olim predictum est  
et nunc tempus implecionis aduenit:  
ecce in pace amaritudo mea amarissima;

amara prius in nece martirum,  
amarior post in conflictu hereticorum,  
amarissima nunc in moribus domesticorum.  
Non fugare, non fugere eos potest;  
ita inualuerunt et multiplicati sunt super numerum.  
Intestina et insanabilis est plaga ecclesie,  
et ideo in pace amaritudo eius amarissima,  
sed in qua pace? Et pax est et non pax;  
pax a paganis, pax ab hereticis,  
sed non profecto a filiis.  
Vox plangentis ecclesie in tempore isto:  
filios enutriui et exaltaui;  
ipsi autem spreuerunt me.  
Spreuerunt et maculauerunt me a turpi uita,  
a turpi questu, a turpi commercio,  
a negotio denique perambulante in tenebris.  
Superest ut iam de medio fiat  
demonium meridianum.

Bernardus ibidem (super Cantica sermone  
XXXIII).

Olim praedictum est,  
et nunc tempus impletionis aduenit:  
ECCE IN PACE AMARITUDO MEA AMARISSIMA  
(Isa. 38:17).

Amara prius in nece martyrum,  
amarior post in conflictu haereticorum,  
amarissima nunc in moribus domesticorum.  
Non fugare, non fugere eos potest:  
ita inualuerunt et multiplicati sunt super numerum.  
Intestina et insanabilis est plaga Ecclesiae,  
et ideo in pace amaritudo eius amarissima.  
Sed in qua pace? Et pax est, et non est pax.  
Pax a paganis, pax ab haereticis,  
sed non profecto a filiis.  
Vox plangentis in tempore isto:  
FILIOS ENUTRIVI ET EXALTAVI;  
IPSI AUTEM SPREVERUNT ME (Isa. 1:2).  
Spreuerunt et maculaverunt a turpi vita,  
a turpi quaestu, a turpi commercio,  
a negotio denique perambulante in tenebris.  
Superest ut iam de medio fiat  
daemonium et meridianum.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super*  
*Cantica canticorum*, 33.16 (SBO 1, J. Leclercq,  
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.244-5,  
ll.19-27, 1-2).